Liber seu tractatus exhortationum beati
Anshelmi et ad contemptum temporalium et
desiderium eternorum

Quid agis o homo quem Christus mirabiliter
vocavit in mundo sapientem et discretum
creavit te deus ne assimilaris vel
illis quibus non est prudencia. Evigila o mi-
serande miserere tui esto sapiens ita ut
te deus excelsus de celis advenit ut te a
terrenis elevaret ad altum imperium celestis
sponsi vocatus es. O homo nec hoc conte-
mpnis et indignum te exhibes quod in trahis
ad imperias non habes preciosam vestem nec lam-
padem resplendentem. Habeto mundum odio. Fac
meditacionem tuam in deo. Exue maliciam
et peccatum et dilige benignum redemptorem tuum.
Conserva te in Christo sicut angelus castus.
[illegible] ad sanctos habe cogitatus. Emundare
a pravis cogitationibus ne mundi implicaris
actibus. Libera animum tuum ex mundi negociis
vanissimis et integre ut in celis coroneris
a Christo. Esto nubes ad proferendam pluviam
lacrimarum ut possis extinguere flammas pecca-
torum. Recordare illius tremende diei. Appone te
medicum vulneribus anime tue. Ambula velut
in lege domini. Fac ut gustes maiorem perfectionem.
Penitencia fide et caritate cresce quottidie
in disciplina et continencia. Serva spem cum patiencia. Redde
deo in caritate sua et regnabis in gloria. Cave
ab ocioso verbo ne recedat a Christi mandato